Ab vſurarijs et raptoribus quos conſtat ex alio iuſto michil habere. ſtipēdia ſeruitorū ſuſcipe non licꝫ ſub pena reſtitucōis faciende et pticipationis in crimine. Ab vſurarijs ⁊ raptoribus quos habē ꝯſtat aliud ab vſuris et rapinis ſufficienter ꝓ ſuſtentacōe tot ſeruitorum vtputa q̄tuor ⁊ nō pluriū. pōt ſeruitor ſibi neceſſarius vnus ex illis quatuor ſtipēdia obſequij ſui recipe. aliter non. Non dimittitur pccm̄ niſi reſtituatur ablatum hoc eſt niſi voluntas efficax reſtituendi aſſit dū poſſibilitas ⁊ oportunitas acceſſerit et prout ſapiens preſertim confeſſor prelatus determiābit. vt ꝗ veris dñis ſi ſuperſunt aut heredibus ſuis aut ſi fieri nequeat. quia non ſunt aut ignorantur in pios vſus referantur ablata.

Nemini de bonis alterius ipſo inuito licet ducere ſtatum vltra parcam neceſſitatem ſui et ſuorum. maxime vbi poſſet laborare

aut etiam in caſu mēdicare· ꝓpter hōc bonoꝝ
omnium ceſſionē pro finali remedio iura ꝯſti
tuunt. Fur aut raptor non ſolum tenetur
reſtituere ablata·ſed dāpna inde ſequentia
omibus rite ꝯpēſatis. Similit̃ retētores teſta
mentorum aut plus iuſto differentes eorum
cōpletōnem in grauē iacturā aīaꝝ. Nemo
de neceſſarijs ſuis ſimpliciter tenetur elargi
ymmo nec de nccārijs ſcd̄m ſtatū ſuū ſed nec
de ſuperfluis ſuis· vt ſua ſunt ſub pena peccati
mortalis. niſi vbi grauis nccitas circa altrum
ipſo preſumere debente ꝙ alius non ſuccurret
immineret. Neceſſitas enim extrema ꝓximi
preferenda eſt ſoli decentie ꝓprij ſtatus· ꝙto
magis ſupfluitati. Scienter dimittē ſupflua
ſua nōbiliter cōſumi p putreſcōnē aut alias
potius ꝙ in vſus pios ipſa largiantur· vix a
culpa mortali aut nūꝙ pōt excuſari. The
ſaurizare de ſe non eſt illicitū ſed ꝓuidū· quā
uis ex circumſtancijs pōt fieri criminale· vt ſi
fiat ex alieno· aut deſperando de diuino auxi
lio· aut in grande preiudicium reipublice aut
ſi alijs peuntibus non ſuccurrit. Vendere
rem carius ꝙ empta eſt· ſi nōbilis ſit exceſſus
in lucro· omibꝰ miſerijs et picul̃a induſtrijs
hinc inde conpēſatis· eſt r̃gulariter de ſe malū
et peius ſi ꝓpter indigentiam ꝓximi hoc fiat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ſi res vendita ex ſua induſtria meliorem
conditionem nullā adepta eſt nec in ſe nec ex
trinſeca cōſideracōne· vt qꝛ ꝓpinq̄or· et ad vſū
facilior· et ſimilia. Defectus rerum vendēda
rum quos quilibet ad extra p̄ſumit̄ cognoſcē
de facili ſicut nec abſcondendi ſunt fallacibus
cautelis. Sic nec eos dici neceſſe eſt preſertim
quo ad fori extrinſeci iudicium ⁊ quo ad deū
etiam ſi p̄cij quātitas ꝓporcīōbilit̄ ad defectū
minuatur. Dāpna q̄ aliq̄s nō ex culpa et ne
gligentia ſua mercando incurrit pōt vendēdo
deducere. Preſertī ſi dāpnū ſit ꝑtinēs de ſe et
q̄ſi regulariter ad mercaturā. Alioqn̄ nō opor
tet· vt ſi demeitorum merces ignis fortuit⁹ aſ
ſumpſerit. Secus p̄tea vbi ex culpa vel ſponte
aliquis mercedes defectuoſas cōduxeit vt in e
quis et mulis fieri ſolet ſed nō licꝫ vt vendat̄
ꝓ integris neqꝫ de⁹ irridetur. Cū decepcōe
vltra medium iuſti precij cōtractū initū leges
interimunt. In alijs vero caſibus· etiam ſi pec
cent vendētes res ſuas enormit̄ tamē r̄ſtituē
nō tenentur emētib⁹ qūtū regularit̄ occurrit
iudicādum. Legitiē p̄ſcribēs in re p̄us alie
na illam neqꝫ quo ad deū ēddē ꝯſtrīgit̄. Sec⁹
ſi fraus in p̄ſcribēdo fuit vt defcūs bone fidei
q̄ fraus ſi pateat in iuditio exteriori ad reddē
dum p̄ſcribēs impellit̄ qūtomagis apud deū

ſi lateat aut pateat. Mercatores earūdem
rerꝝ ſi cōſpirent adinuicē ꝙ nō niſi ꝓ tali p̄cio
notabiliter exceſſiuo merces ſuas tradent· ipſi
quo ad forum exterius· ſi ſciat et quo ad inte
rius dampnādi ſunt. Solucō decimarum
ſacerdotibus eſt de iure dīno· quatinus inde
ſuſtententur· ſed quotā hanc vel illā aſſig̃re
aut in alios redditus conmutare poſiti iuris
exiſtit. In redditibus ad vitam emendis
aut gregibus ouium preſtandis ad modum
lucri ſic in mercaturis· ſic in ſilibus regularit̃
contractibus qui nō penitus ex vno latē clau
dicant· ꝙ videlicet ad vtrumlibꝫ nūc lucrum
nunc dāpnum imminet· nunc vendenti nunc
ementi nulla videtur eſſe malicia de gn̄e· ſed
circumſtācijs alijs veſtiri male poſſe nullus
neſcit. Campſores ꝓ centum frācis reddē
tes certam quotam in fine āni cū integra pe
cunia et ſimiliter mercatores. difficile eſt ab
illicito contractu liberare· niſi bonificauit hos
contractus cauſa pia· qđ fieri nōnūquā poſſe
non negamꝰ· ſed ſecurius eſt oppoſitum. A
rebus que vſu peiorantur· a rebus inſuper q̃
rum vſus translacōe dn̄ij fructū affert certū
licitum eſt preciū locacōis adipiſci. Empcō
nem decem ſolidorum ad ꝑpetuū ſup̄ fundum
aliquem cētū librarꝝ· aut ſub obligacōne tociꝰ

magne hereditatis·difficile eſſe·dicūt aliquā p directum iuſtificare·p indirēm autez poſſet aliquis totū fūdum vendere pro viliori precio Poſtea ipſum cariori recipe vſqz ad deductionem illorū decē ſolidorū. De vicō gule·c·vi·

Vla eſt appetitus immoderatus cōmedendi non conpetit ex ſuo genē ꝙ ſit mōrlis nec etiam in delcātione inde conſequenti. ſit autē mōrlis tripliciter. Aut ſi cōmeſtio eſt con ꝓhibicōez vel votum ſiue hoc fit racōe cibi·ſeu tpis·ſeu loci· Aut ſcdo quando aliqua fieri p̄cepta ſunt ob gulam ſcient vere vel interpretatiue obmittūtur·vel ppetrantur ꝓhibita. Aut tercio de mi qz quando corpus aut racō notabili detrimento per gulaz ſciēter vere vel interp̄tatiē pregua tur. In moralibus ille dicit interp̄tatiē ſciē aliquid·quito et ſi actu ſcire negligat ſcire tn̄ debet ⁊ diſcrimini nō ſemet obicere. Vocamꝰ inſup ſciām non p demōſtracōez ſꝫ p vehemētē ⁊ ꝓbabilē ꝯiecturā. Jeiunijs eccīe ł alterī abſtinētie necō cū nōbili et p̄cogito ḡuamīē ſui corpis ⁊ vſus racōis obligat·ſeduſo ſcādalo nemo tn̄ leuit ſibi fingat ḡuamiā ex ieiunijs abſtinentia qm̄ ex ipa paucōres peūt ꝙ ex gula

Pueros et ſenes pregnātes et nutrices et infirmi ⁊ paupes nō hn̄tes vn̄ ſet ēfici poſſint

et laborantes nō habētes aliūde ſtatū ɔpetē
tem. ⁊ itinerantes auctoritate prelati et aliȷ̄
ɔſuetudinem dyoceſis in qua ſūt inſequētes
ab eccie ieiunijs regulare ius excipit. Vo
tum cartuſieñ de non eſu carniū. votū inſuper
aliorum religioſorum de multis obſeruacōibus
duris al's licitis. votū demqȝ ꝑticularium ꝑſo
narum de certis cibis nō edēdis ineternum
vt de capite in certis caſib⁹ neceſſitatis extre
me. ꝓbabiliter ſi vota hec tenēt imminētis
debent immutari. Non enim licet aliū contra
dei preceptum occidē. qn̄to min⁹ ſeipm̄. ſecu
dum tn̄ in omnib⁹ ſcandalū puſilloꝝ. De
terior atqȝ piculoſior eſt abſtinentia immode
rata. ꝙ voracitas aut ebrietas. ſi dicta abſti
nentia vſqȝ ad turbacōneȝ cerebri ⁊ vſus rōis
notabiliter ⁊ ſcient̄ ꝟgat ⁊ adducat. Pccā
regulariter quāto ſūt ſpūaliora. et quāto ſūt
ſub maiore ſpecie boni palliata. tanto piculoſi
ora ſūt ⁊ a ſanacōne magis diſtant. Hn̄tes
impedimētum de nō ieiunādo legitimū. qd̄ nō
eſt exceptum a iuribus ꝑ expreſſum. ſecurius
agunt. quan ꝙ non ſit ncc̄e ſi diſpenſacōnem
prelati q̄ſiuerint. et ꝙ ſecrete agant id quod
agunt ne aliȷ̄ ſcandalizent̄. Caritas diuidē
cō cedit ɔmeſtionē alias illicitam qn̄qȝ ꝓpter
hoſpitem. qn̄qȝ ꝓpter infirmi ɔſolacōeȝ. qn̄qȝ

ꝓpter obſequium p̄ſtandū vt in ſeruitoribus monachorum· ⁊ etiā pn̄cipū pregu ſtādo ⁊ in pregustantibus cibis eoꝝ eſus ɔcedit. Pre ceptū de ieiunio eccie poteſt aliqn̄ ſeruai dum con̄ deū mo̾lis gula cōmitti̾. Si̾liter i multis dicendū eſt. Ebrietas aūt mo̾lis eſt ⁊ gn̄a liter omis delectatio cibi et potus· qn̄ aliquis tanta libidine ɔmedit et bibit. Et poſtponit deum ſic ꝙ vbi aliqd dei preceptū vno mō vel alio deberet a ſe violari· n̄lominus a tali delcā tione non ceſſaret. Secus ſi delectaret etiam ex conſenſu libero citra deū· non hoc factur9 ſi deus prohiberet· tūc eni vel nullū eſt vel tātū veniale delictum· ⁊ habet hec ẽgula in multis alijs materijs vtilem locū ſuū. Probabile eſt conmedentem ter in die ieiunij ſine cauſa nō eē p̄uaricatorem precepti in t̾cia ɔmeſtioē ſicut in ſcd̾a ꝙ̄ ꝙ̄ oppoſitum tenere ſit ſecuius De conmeſtionibus ſp̄erum ⁊ ſimilibus cō ſuetudo teneatur et delectacōnis nimia libido vitetur. Inebriare alium ſcienter vt vſu careat racōnis in eius notabile detrimentum prēm mortale eſt. De vicō luxurie· c· vij.

Vxuriam ex gn̄e ſuo mortalē dicimus ꝓpter corruptionem gn̄atiue virtutis maiorem ꝙ̄ nutritiue ac minorem eius neccitatem. Et quia ɔtrariat̾ huic precepto

Non mechaberis·⁊ vt p̲ bonã mr̃imonij act⁹
iſte queretur excuſari. Conſenſus in delcãcõ
nem luxurie circa obiectum ſibi ꝓhibitũ eſt
mortale pcc̃m·ſiue ſit in cogitacõe ſeu in verb
aut in viſu·aut tactu·aut nutibus·aut opera
cõne. Quamobrem familiaritas magna hoim̄
carnalium mutuo·p̄ſertim ad nudũ·qñtũ cũꝫ
ſint eiuſdem gn̄is aut ſex⁹ aut diuerſe etatis
piculo ꝓxima eſt·ideoqꝫ vitãda eſt. Graui
tas pccõrũ luxurie ex gn̄e ſic ordinatur·ſcd̃m
graui⁹ ⁊ minus grũe·quanq̄ȝ ex circuſtãcijs
poſſit eorum g̃uitas alit̃ variari. Beſtialitas
cum brutis. Sodomia cũ eodẽ ſexu·aut in va
ſe non ordinato. Mollicies ſecũ. Sacrilegium
deo dedicatarũ. Inceſt⁹ pntum. Stupꝝ v̉ginũ
Adulterium ligatorũ. Fornicacõ ſolutorum.
Luxuria gn̄aliter. Licitũ eſt ſuam caſtitatẽ
ſicut ꝓpriam vitã defendere·vim vi repellendo
Delcãtio viri cum vxore licita eſt cauſa ꝓl
cauſa reddendi debitum·cauſa p̄ſeruationis
ab incontinentia ꝓhibita. Et ſi ſola delcãcõ q̄
ritur·infra methas tñ vinculi matrimoialis
ſic q̄ȝ extra non queretur·neqꝫ ſit cũ circũſtã
tijs aliunde prohibitis·illud aut nullum aut
tantum veniale pcc̃m eſt. Vxoratoꝝ alter
peccare pt̃ mor̃liter in matrimonio·ſi cũ detri
mẽto notabili ꝓlis ↄcepte aut gn̄ande ſcie̾ter

fiat vt tpe menſtruorum ſi extra vas ſi cū deſi
derio abſentis quaſi preſentis·alteri⁹ non ſui
ſi principaliter ex cauſa aut ex fine mortaliter
noxiis. Facilius eſt ſepe ab ope carnali to
talis abſtinentia ſicut in virginibus et vidu
is q̄ꝑ modeſte maritalem copulam exercere
ſicut febris potu et ignis flatu et pruritus a
tactu tandem magis ſuccenduntur. Quia cor
pus ſacerdotis ſi vxoraretur eſſet vxoris ſa
cerdos qui totus eſſe debet dn̄o conſecratus
a expeditus a cura rerū familiariū et ſolutus
legibus ciuilibus et orationi iugiter vacare
racōnabiliter aſtringitur voto caſtitatis.

De preceptis decalogi.c.viij.

Jligere deum ſuper omnia·ex toto corde·ex tota anima·et ex tota vir tute·quantum ſufficiat viatori ad ſalutem eſt taliter afficī·ad deum actu vel habitu·q̄ꝑ dei amiciciam.cuiuſlibet al terius rei dilectioni anteponit.Sic q̄ꝑ pro nul la dilectione ſui vel alterius·caritatem vel let deſerere per tranſgreſſionem cuiuſcumqȝ precepti diui. Nemo ſcd̄m legē tenet poci⁹ eligere annichilacōnem ſeu dampnationem eternam·q̄ꝑ peccare mo̅rlit·neutrū quippe pōt eligi licite ſtante lege de precepto hn̄de caita tis cumqȝ neqȝ ānichilacō ſtat neqȝ dāpnacō

Propoſita alicui viatori iſta queſtione et ſimilibus. an citius pateretur eſſe in igne per vnum diem. q̄ꝑ pcc̄o mo̅rli ɔſentie̅. non tenet circa hoc deliberare abſolute de altera ꝑciu̅m ſed teneat ſuſpenſum iudiciu̅ ɔſiderando fragilitatem ſuam. ⁊ fidendo in dīna miſericordia que vel non pacietur eum in tale̅ te̅ptaco̅em incidere. aut ſi paciatur deus. faciet cu̅ te̅ptaco̅ne ꝓuentum. vt poſſit ſuſtine̅. Propoſitis hmo̅i queſtionibus. q̄d homo faceret te̅ptaco̅ne forti p̄nte. Aliud eſt optare et deſiderare illud qd̄ eſt melius. et iudicare illud eſſe eligibili⁹ aut minus fugibile altero. Aliud deliberare abſolute. q̄ꝑ ipe ſic face̅t et ſic eligeret qm̄ primu̅ eſt pie et fidelis aie. ſcd̄m de p̄ſumpco̅ne ⁊ temeritate culpatur. Iurare per deu̅ qd̄ e̅ eu̅ teſtez veritatis adduce̅. fit licite ymo meritorie. du̅ veritas ſubeſt. ⁊ reue̅ntia comitatur. et pia nccitas ex humana infirmitate conſurge̅s impellit. Iurare i vanu̅ eſt ꝓprie deum in falſitate. cui⁹ eſſe teſtis nequit inuo̅re. ymmo du̅ ex deliberaco̅ne fit. ſe̅p eſt mo̅rle

Exigere iuramenta ab hijs de quibus vehementior eſt preſumptio. q̄ꝑ de oppoſito apud exigentes q̄ꝑ deierabu̅t. et ad hoc ex deliberaco̅ne induce̅. vix aut nu̅q̄ꝑ carz mo̅rli delicto niſi forſan q̄nq3 apud iudices quib⁹ ex offitio

ſic exigere necē eſt. Neqȝ neceſſe eſt neque vtile et ſepe criminoſum exigere iuramēta ab hijs qui queſtionantur in iudicō exteriori ecclesiaſtico vel ciuili qn̄do preſumi poteſt vehementer ꝙ quidā deierabant et quando eorū iuramento nullatenus ſtatur. De re penit⁹ occulta que ſcilicet non poteſt ꝓbari teſtib⁹ duobȝ. neqȝ rem publicam ſcandalizat null⁹ in foro exteriori licite poteſt ab alio inuito iuramentum extorquē. Quamuis ſemper non tamen pro ſemper obligemur colē deum non ſolum mentaliter ſed etiam ſignis exterioribȝ Jlla tamen ſigna pro varietate tp̄is ⁊ hominū poſſunt variari ſicut oracōnes genu flexioēs thurificacōnes ꝓſtrationes ⁊ preſētationes candelarū victiē et ſimilia. Signis exterioribus nunꝗ bn̄ colitᷣ deus qn̄do illa vel nequnt fieri bono animo vel ſcādalizāt ex ſimitudine ſui ad ydolatriam. aut aliā inhoneſtatē. queȝ admodum fit i inſanijs ſtultoꝝ apud multos ⁊ in iſtis delacōnibus baculoꝝ p mulieres ſacris ornamentis indutas ⁊ q̄buſcꝫ ſimilib⁹ q̄ q̄ oia p̄latorū ſollicitudo tenētur abradē. Obſeruatio ſabbati quo ad circumſtantias tp̄is ⁊ modis et loci ꝓ maxima p̄te ēlicta eſt determinacōi p̄latoꝝ q̄ cōgnoſcitᷣ. tū ex eoꝝ inſtitutis tū ex ꝯſuetudinibus per eos legitiē tolleratis

De opibus ſeruilib⁹ nō exercendis diebus dn̄icis et feſtiuis plus vt frequenť determinat conſuetudo loci ⁊ pſonaꝝ a p̄latis tolerata q̄ꝫ alia lex ſcripta Conſuetudo exercendi opera ſeruilia. hec ab iſtis. hec ab illis in diebus feſtiuis. tunc maxime dicenda eſſet corruptela qn̄ totaliter a ſeruitio dei. et a cultu feſtorū et maxime ab auditu miſſe reuocaret. qn̄ preteā hec ſeruilia magis ex cupiditate q̄ꝫ pia neceſſitate reipublice pertractantur. Joci et alie recreationes corpales apud vulgus diebus feſtiuis. quanq̄ꝫ ſepius ām̄ixtas h̄eant malicias contra dei legem. non tn̄ p directū eccl̄iaſticis obuiant inſtitutis. Opa ſeruilia plerūq₃ fructuoſius fierent. ſi non ea ꝓhibet̄ eccl̄ia q̄ꝫ illa que vulgares in feſtis exercent. propterea p̄latorum intereſt attendere circa feſtiuitatū multitudinem ne ſit illa ad cumulū pcc̄i pocius q̄ꝫ ad cultū. Diligere ꝓximū ſicut ſeipm̄ eſt velle proximo ea oīa que ſcd̄m rcām rōe₃ homo vellet ſimiliter ꝓximū ſuū velle ſibi hec autē ſūt indiſpenſabiliter bona caritatis ⁊ gl̄ie

Quia bonis fortune ⁊ nature ⁊ grāe ⁊ grātis date pn̄t hoīes abuti in pnicie̅ ſui vel aliorum non quilibet teneť velle illa cuicūq₃ proximo ſuo. ſed aliqn̄ non velle. qꝛ et ſcd̄m rcām rōe₃ ita deberet homo velle. de ſeipo. Sic iudex cum

amore proximi necat ipſum aut bonis ſpoliat Sic ingenium ⁊ ſciām ⁊ diuitie poſſunt deſide rari iſti vel illi proximo non adeſſe dum noci tura creduntur. Ante religioīs ingreſſum teneor prouidere nccitati pentum extreme ſi poſſum dum non aliūde patꝫ eis prouiſio nec excuſaret me religionis ingreſſus quin peccē intrando. et poſt introitum ꝯſitendo. Si tamē nccitas illa non ſit extrema aut patꝫ aliunde prouiſio. non teneor pro iuuando exire religi onem iam profeſſam. Supiorib9 nr̄is quī omnes dici patres pn̄t obediēdū eſt de rigoē in eis ſolis in quibus ſuperiores ſunt magis autem ei cuius auctoritas potior eſt attentis cırcumſtantijs pſone tpis reipublice et vtili tatis in iſtis vt in concernentibus rem publi cam plus obediendum eſt principi ꝙ̄ patri ſecus in re domeſtica. ꝓporcionabilit̄ de mo nacho reſpectu pape ⁊ Ep̄i ⁊ abbatis et princi pis tpalis diſtinctio locum habet. Quanto plures dilcōnis cauſe concurrūt circa aliquē ꝓximum vt eſt habitudo prelacōis ⁊ ſubiecti onis adinuicem bonitatis ⁊ ratio cōgnitionis beneficentie conſorcij pr̄ie et ſimilium. tanto ceteris pibus ille debet plus amari ⁊ p̄ferri tn̄ obligatio legibus cauta obſeruanda eſt Ab inimico parato tōlit̄ ſatiſfacē de iniuria

ego teneor ſatiſſactioẽꝫ ſuſcipe vel indulgere tamen verbũ meũ· aut ſocietatẽ ſolitam aut alia dilectiõis ſigna poſſum interdicẽ ad mei et ſui cautelam ⁊ non ad rancorẽ. Inimicũ non paratũ corrigi diligo qñtũ ſufficit ad ſalu tem ſi ei nolo malũ dãpnacõis· neqꝫ dampni tẽporalis p iniuſta media. Inimico meo in corrigibili optare fas habeo. vt taliter ſibi ſit in anima vel in rebus. qualiẽ ſufficit ad hoc ꝙ neqꝫ michi neqꝫ reipublice iniuſtum dãpnũ poſſit inferre. Iure naturali. vim vi repellẽ licet· ſic ꝙ impetitus aliqs a qualicũqꝫ pſona cuiuſcũqꝫ dignitatis etiam papalis via facti et non hñs iuris remediũ· fas habꝫ iniuriãti de fcõ reſiſtere ſcd̃m qualitatẽ iniurie· ſcilicet quãtum requiriẽ ⁊ ſufficit cõñ illũ· ad ſui tuta mẽtum ab hac facti via. Caſus multi eſſe pñt· in quibus aliqs ſe gerens ꝑ papa ⁊ pro tali hitus ab eccia· poterit a ſubdito licite vel occidi vel incarcerari· vel p modum quendã appellationis ab eo· vel ſubſtractionis a ſua obedientia declinari niſi forte obſtare mõſtre tur conſtitucõ aliq non huãna ſolũ· ſed dĩna atqꝫ reuelata· huic naturali iuri preiudicans

Nunq̃ ꝑ ſaluacõe vite aut cuiuſcunqꝫ rei ſue licet alicui mortem alterius de p ſe ſciẽter via facti procurare· ⁊ maxiẽ illius qui nullaꝫ

infert iniuriam. Nunq̄ pro saluādo vitā suā corporalem sūt innoxij via facti a se puniendi vt si non aliter euadē pōt aliquis se psequentem q̄ conterendo puulos viam obsidentes mors pocius est expectanda. Ita dum quis ē in extrema famis necessitate nō debet ab alio similit famelico panē necc̄riū extorquere.

N oī sacramēto si de De sacramētis. c. ix.
sit intentio actualis vel habitualis faciendi illud quod crist9 instituit et ecc̄ia intendit n̄l agitur. Similiter si forma amittit aut corrūpitur et si materia debita aut si minister ydone9 defuerit ꝛ hoc precise q2 aliquis sc̄ismaticus est vel hereticus vel presciſus et excōicatus vel degradatus. non redditur impotens ad efficiendum vel conferendum sacramenta nisi desit aliunde vel potestas ordinis vel intentio debita. vel materia vel forma. quamuis exercendo talia in casibus prohibitis. grauis delicti reus teneatur. Fiat semper quod melius erit de possibilibus dum circa sacramentorū ministracōnē dubitacō aliq̄ ꝯtigerit aut suppleatur caute id quod amissum fuerit ꝛ sub quadam ꝯdicōne si nō eit illud iterādū

Cerimonialia seu figuratiua legis antiq̄ ante cristi passionem erant iudeis necessaria postmodum pro aliquo tp̄e licita ꝫ inutilia

tandem vt nūc obſeruantib9.⁊ ſpem in eis po
nentibus mortifera·nec ab eis ſumendum eſt
efficax argumētum·ꝙ modo talia in aliquo ca
ſu agere debeam9. In caſu dubio vehement
an aliquis ſit vel non ſit baptizatus·vt ſi ſit
expoſitus vel baptizatus in nomine xp̄i tantū
aut alio tali dubio·iteretur baptiſmus ſub
hac condicōne. Si tu es baptizat9 ego non te
baptizo. Et ſi non es baptizatus·ego te bapti
zo. In nomiē pr̄is ⁊ fi.⁊ ſpūs ſci. Baptiſmū
ſanguinis dat martiriū·et flamis·cōtricō de
pccīs aut ſatiſfactio gratuita:primus non re
iteratur·alter ab obligacōne baptiſmi flumis
ſi facultas affuerit·non excuſat. Ea que ſūt
de decencia ſacramētorum nōbili·inſtituta et
promulgata ab eccīa·nec abolita ſunt per nō
vſum·et ſi non ſint de necītate ſacramenti ad
faciēdū id qd intēdit·ſunt tamē de necītate
precepti ad obligandū neſciēter ⁊ negligēter
abſq; racōnabili cauſa dimittant. Forma
in omni ſacramēto pōt corrūpi·aut p addicōz
aut p ſubtractionem·aut variacōez·aut inter
rupcōnem nōbilē·quia modica non impedit
Similiter addicō·ſubtractio ⁊ variacō·ſi neq;
trahant formā ad ſenſū aliū·neq; in intelligi
bilem reddant·licet indiſcrete ⁊ culpabiliter
fiant·ſacramentum tamē nō ānullāt. Hec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in baptiſmo ſunt de neceſſitate ſacramẽti. Mi
niſter. ydoneus. materia. q̄ eſt aq̄ elemẽtalis
fluida ad drãm luti ⁊ aquarum que ſũt artifi
ciales. intentio actualis vel habitualis faci
endi quod eccĩa intendit intingendo nõ ſub
mergendo ex aqua illa baptizãdum aut eius
ptem principalem nudam. ⁊ ꝙ aliq̃liter cõſen
ciat ſcꝫ actu vel habitu vel in pentibus. dicen
do ſimul hanc formam. Ego baptizo te in no
mine patris ⁊ filij et ſpũs ſãcti. amẽ. Mi
niſter ydoneus baptiſmi regulariter et extra
caſum neceſſitatis eſt ex eccĩe precepto ſacdos
qui p̃mittere habꝫ exorciſmos ⁊ cathecizacõeꝫ
et alia obſeruare q̄ in libris cõtinentur. Sed
de necĩtate ſacramenti ꝛ̃quirit ꝙ miniſter ſit
viator ad excludẽd ãgelos ł demoẽs ⁊ ꝙ ſimł
poſſit intingere ⁊ verba ꝓferre. ad excluden
dum manũ ⁊ mutũ aliũ a ſe ꝙ nemo ſe bapti
zat et intendens actualiter vel hĩtualiter qd
eccĩa intẽdit etiam ſi nichil credat de effectu

Baptizandus ydoneus eſt quilibet viator
non baptizatus qui conſentit interpretatiue
baptizari vel in fide parentum vel offerenciũ
eum vel eccleſie ſi nunq̃ fuerit capax rationis
vt paruuli. Si autem fuerit aliq̃n̄do capax ra
tionis et diſſenſerit continue baptizari aut ſi
nullomodo conſenciat. dum vtitur ratione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

baptizari non debet. Secus ſi p ante cõſenſerit nec reuocauit. qꝫ pſumitur ab eccia nũc ↄſẽſur⁹ ſi rõne non caret. Baptizandũ non eſt fas ↄfiteri ſacramẽtaliter. cũ baptiſmus ſit ianua ſacramentoꝝ. et de originali contricõ actual nequaꝙ̄ exigitur. de actualibus vero ſufficit diſplicentia in gñali abſqꝫ obice male volun tatis ꝓponentis actualiter ſe peccaturaꝫ. quo obice poſtea ceſſante baptiſmus efficaciam ſuam capit. Baptiſmus dimittit penam a culpam ex integro. loquendo de pena debita pccis. non ex ciuili inſtitucõne. vt ſunt irregu laritates et mortes pro delictis certis. loquẽ do pterea de pena debita per ſe. qꝫ penalitates huius vite debite originali per accñs manẽt vt ſitis fames ac̃. quorum cauſa eſt pccm̄ ori ginale. ſine quo non veniſſent. Si paruuli infidelium baptizent. inuitis pentibus in fide eccie. illi ſunt vere baptizati. nec debent reddi pntibus. ſi piculum timeatur. Similit illi qui metu inducuntur ad interius cõſenciendum baptiſmo. quanꝙ̄ talia agẽ. cõis vſus eccleſie non approbet. Baptiſmum flumis differre licet. qñ et vbi non apparet ſcdm̄ veriſimiles ↄiecturas ꝓxima mors. et ſpatur poſſibilitas ſeu congruitas maior. recipiendi in poſterum quo caſu. et ſi ſubito baptizandus morietur

ſaluus eēt. Sacramentum cōfirmacōis ad robur inſtitutum tenet ǭlibʒ xpian⁹ hn̄s vſū rōnis nō ɔtempnere preſerti imminēte piculo ɔfeſſionis xpi corā infidelib⁹ faciende. Eucariſtie ſacramētum duplicē habʒ fo ꝛmā et materiam de nccītate ſacramenti. Forma cōſecracōis corpis xpi eſt iſta. Hoc eſt corp⁹ meum Et forma ſanguinis. Hic ē calix ſanguis mei aut huic equiualens qđ dicit̄ ꝓpter grecos Materia corpis xpi eſt panis de tritico pro maiori parte. Materia ſanguis vinū de vite non trāſbatum in aliā ſpēʒ vt in acetū. Celebris conſuetudo et ordinatio ſupior ī eis q̄ ad ſolempnitatē miſſe ⁊ gn̄alit oīm ſacramētoꝝ ſpectant obligant ad nō ɔtēpnēdū hmōi ɔſuetudinem et ordinacōem q̄s lib ſolēt hr̄e. obligant ꝑtēa vt negligentia frequēs ⁊ craſſa fugiatur. Facta diligentia ſolita fieri in talibʒ circa materiā corpis ⁊ ſanguis. ſi ꝑ maliciā ā negligētiam miſtri alit oblatū fuit q̄ꝑ debeat vtputa aq̄ ꝓ vino peniteat in oēʒ euētū ſacerdos et ſi reus nō ſit ⁊ qđ obmiſſum eſt ſupple at vel emendet. preſertim vt integritas in ɔfectōne ⁊ pfectioē ē ſacramēti ɔſeruet. Diſcrimen noui pcc̄i mōꝛlis in celebrando vitat. ſi pt⁹ diſcuſſionem ɔſciē q̄ regularit ī talib⁹ hr̄i ſolet ⁊ celebratur⁹ nō hēat conſcientiā fixam

aut eque firmam ſicut de oppoſito. q̄ ſit in pec
cato mo͞rli vel alio legittimo impedimento. vt
eſt irregularitas. et hec vocatur certitudo mo
ralis vel ciuilis. q̄ homo ſufficient probatus
eſt. Exiſtente caſu quo homo poteſt celebr̄
re licite. et a celebrac͞one licite deſiſtere. lauda
bilius eſt ceteris paribus celebrare. tum quia
opus de ſe priuilegiatum eſt ꝯ frcu͞oſu͞. tum q̄
a nobiliori virtute procedit celebrac͞o que fit
ex amore. q̄ꝫ omiſſio que ex timore generatur
Laudabilius eſt. q̄ꝫ oppoſitum ceteis pibus
et ceſſante legitimo impedimento cottidie ce
lebrare. Pollutio nocturna tollens ſuffi
cientem deuoc͞onem. recollcion͞e ꝯ reuerēti͞a
ad ſacramentum. eo q̄ aīa magis inde ebes ꝯ
carnalis effecta eſt. impedit a celebratione
q̄ꝫ diu talis carnalitas et ebetudo r͞gnauerit
niſi caſu neceſſitatis vrgente vt ſi ſacerdos ſit
vnicus ꝯ miſſa parrochialis fueit celebn͞da
Homo qui ꝓpter habitus virtutu͞ et facil͞e
ſui recollcionem vel aliunde manet deuotꝰ ad
ſacramentum. et reuerēs ptꝰ nocturn͞a pollu
c͞onem non videt per e͞a impediri q͞n celebret
die ſequenti c͞ofeſſione t͞n in oe͞m euētu͞ prece
dente. q͞m nolle ſordes corporales impediu͞t
niſi pro q͞nto vel ſunt pcc͞a vel ſunt in horror͞e
ꝯ ſcandalu͞ aſſiſtentiu͞. vel deuoc͞oem debit͞a

tollunt. Vir enim leproſus ⁊ vir mēſtrua paciens a celebratione ſecreta non arcentur

In omni adoratione ſacramenti altaris ſubintelligitur condicio iſta vel ſimilis ſi conſecratio rite et debite ſcd̄m inſtitutionem xp̄i fuerit celebrata. Ac p inde adorans alien⁹ eſt ab ydolatria quamuis celebrās ⁊ nō ꝯſecrans eēt in culpa. Apparente figura circa ſacramētum. Alia a figuā ſolita panis ⁊ vini. Nō ꝯuenit ſacramentum ſumi ſb̄ illa forma neq; ſine ꝯdicōne implicita vel explicita debet adorari

Poſitis pluribus hoſtijs ſuper altare ſi ſacerdos intendit gn̄aliter omēs conſecrare ille conſecrate erunt. Si tantum duas ex illis quas determinate ſignat ille due ſūt tātūmō conſecrate. Si illas duas intentio ſua non determinat nichil ibi cōſecrat obſtante ꝯfuſioē intencōnis ꝓpter quam iſta nō magis ꝙ illa pōt dici conſecrari. Regulariter vitupabile eſt ⁊ ſepe criminale ꝙ ſacerdos a celebracōe et catholicus habens vſū rōnis ab eucariſtie ſuſceptione totaliter abſtineat. Illi pueri ſunt ydonei ſuſcipere eucariſtiam ⁊ ad hoc ligari videntur ſemel in anno qui ſecundum leges cenſentur habiles ad nubendum poteſt quoq; deuotio etatem hanc preuenire ſicut in quibuſdam etatem ſupplet malicia

Audire missam integram est de obseruati
one sabbati. hoc est dieꝝ festoꝝ ꝑ tpe legis
euãgelice nisi per impedimẽtũ legitimũ aliq̃s
se tueatur. tale vero impedimẽtũ scd'm loca ꝛ
tpa et etates et ꝯsuetudines varie iudicatur
Obligatum celebrare ꝑ quolibꝫ duoꝝ vnã
missam. non absoluit vna celebracõ. vna q̃p
pe missa virtute opis operati. ex quo finiti va
loris est. non tm̃dem tollit de pena. nec tantũ
redimit quãtũ due. In anniuersarijs ecc̃ia
rum ꝛ recepcõne missaꝝ ꝑ vno p̃cio sue sustẽ
tacõnis et in similibus. inꝑ̃tacõ viri sapiẽtis
locum habꝫ. Alioqn̄ non videtur. quõ sex aut
septem anniuersaria i ecc̃ijs cathedralibꝫ lici
te simul eadem die iũgerent. Obligatũ ad
subsidia spũalia. tutum est dirigẽ intencõneꝫ
suam ad deum. sic q̃ dignet̄ dispñri de valo
re sacramentoꝝ vel suoꝝ bñficiorũ qualiter ꝛ
qñtum videt se apud benefactores eẽ ꝯstrictũ
Caritatis maioris est spiritualis elemosiñ
q̃ gratis distribuit merita sua satisfactoria ad
liberacõnem animarũ q̃p elemosina corpalis
Et quãq̃p talis non inde minus hiturus sit de
premio essencĩali. tardiꝰ tamẽ inde de ꝓprijs
pcc̃is ceteris paribus satisfacit. Falluntur
plurimum hij qui potentes aliunde viuere
obligant se ex bonis ecclesiasticis vel alijs ad

ſatiſfaciendum pro alienis delictis cum hoc cedat in retardacōnem ſatiſfaciēdi ꝑ ꝓpriis et hec ſola radix improbare beneficioꝝ pluralitatem ſufficeret. Expediēs videtur vt nulla excōicationis ſententia ferretur de facto a iure vel iudice neq; pro pñti neq; pro futuro niſi pro manifeſta contumacia qua ſe mōſtrauit aliquis non paratū audire ecciam. Aliter qualit habetur ſicut ethnicus ꝛ publican⁹ ſi audire ecciam paratus non eſt. Expediens videtur vt null⁹ tenētur aliū vitaē qñtūcūq; excōicatum a iure niſi poſtꝙ a ſuo iudice fuit denunciatus eſſe talis. Siquidē in oī caſu alio videtur poſſibilis excuſacō ꝛ interp̄tacō coꝝ q̄ aliquis cōmittit vñ excōicari dign⁹ ē ꝙ nō debeat euitari a pticulari perſona ꝛ hoc tolleret magnam in politica ꝯuerſacōe ꝯfuſionē. Expediens videtur ꝙ oēs ſentētie excōicacōis late ſententie et iure ſcripto q̄ꝝ vſus nullus eſt aut plus obeſt ꝙ proſit exp̄ſſa euōcōne tā in prouinciis ꝙ in dyoceſib; ꝛ i eccia vniuerſali caſſarentur. Expediens videt̄ inſtitucō aut iam inſtitutoris talis interp̄tatio vt ſolus excōicatus aut ſuſpenſus a iudice ꝛ ꝑ tali denūciatus ꝯtrahere dicētur irēgulaitatē immiſcēdo ſe ſacramētis ꝛ quod ſol⁹ talis a poteſtate abſoluendi in foro conſciē ſpoliatus cenſeret̄

Scrupulus enim a ſubditis vix aliter auferibi
lis preſertim ī materia ſacramētalis ɔfeſſiois
hoc auferret. Expediēs videt vt nulla ſentē
cia excōicacōis ferretur niſi ꝓ ɔtumacia facta
in rebus pure ſpūalibus vt vbi transgreſſio
verget manifeſte in diſpſione; fidei ⁊ ſuo ſpū
alis libertatis. Non enim debʒ vt videt grauioꝛ
eſſe in foro exteriori punicō transgreſſionis ꝙ
dāpnum fuerit illatum. Expedientius eſt in
multis defectibus illos vel tollerare vel ad
bonum finem ordinaē ꝙ ꝑ fulminacōes ſentē
ciarum ⁊ ɔdēpnacōeʒ aut ꝑ pdicacōes rigoro
ſas eos conari funditus extirpare vt de encē
niis prima die āni de capellanis mercēnariis
et ſimilibus. De penitentia. c. x.

Diuina lex. et non ſolum conſtitutio
obligat ad confeſſioneʒ ſacramenta
lem poſt peccatum actuale vt fiat ſe
mel ante mortem. Hec concurrere
ſimul tpe ad iuſtificacōnem impii neceſſe eſt
que ſunt. infuſio caritatis. expulſio culpe. con
uerſio liberi arbitrii in deum. ⁊ peccati deteſta
cio. Homo non ſemper tenetur immediate
confiteri ꝓmo nec ɔteri nec peccatum ſb pena
noui pcc̄i mortalis. Dat enī ſpaciū penitentie
deus. quale ſcit fragilitati nrē ſufficere ⁊ illud
qn̄tum ſit in omnibus gn̄alis regula diffinire

nulla pōt. Obmiſſio in concernentibus con
feſſionem ſicut in alijs actib⁹ preceptoꝝ. non
vocatur obmiſſio niſi ſit reſpcū actus pncipa
lis dum deberet fieri ꝛ nō rſpcū circumſtāciaꝝ
q̄ vel añcedunt vel cōmittant vel ſubſequun
tur. alioquin obmiſſiones in vna obmiſſione
numerarentur infinite. Omnis ꝯtricō inclu
dit confeſſionem in actu vel in habitu aut in
ꝓpoſito vel i voto eam vero fieri actu ceſſante
impedimento alio quadruplex caſus cōtinet
Prim⁹ inſtitucō eccīe ſemel in anno. ſcd̄s ſuſ
cepcō eucariſtie vel celebratio et ſacramētoꝝ
aliorum ſuſceptio ſcd̄m quoſcꝫ. terci⁹ piculū
mortis veriſimiliter imminētis. quart⁹ cōſciā
ꝙ alias non hebitur oportuītas pccā cōfitēdi
In rcordacōe pcci mortlis dū miſſa iā pceīt
vſqꝫ ad hoc vt cōmode ſine ſcādalo deſeri vel
interrumpi nō valeat aut dū ſacerdos alius
deeſt ꝛ vrget nccītas ſufficit cōtricō includens
ꝓpoſitum ꝯfitēdi. Circūſtanciaꝝ q̄druplex
eſt drā. q̄dam imptinentes q̄dam minuētes
quedam aggrauantes. quedā in aliam ſpēm
trāſmutantes. Et hee vltime non ſolum ſunt
circūſtantie ſed pccā. Jdeo ſūt de nccītate ſb
expreſſione confitende. primas non expedit
dicere. nec ſcdas regularit. tercias exprimere
ſepe vtile eſt. et qn̄qꝫ ſcd̄m quoſdam neceſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Circumſtantiarū expreſſio in ↄfeſſioē talis vel in talib⁹ verboꝝ circumlocucōibꝫ expreſſa ſufficit ꝑ quam ↄfeſſoꝛ de magnitudiē pccōrū eius qui confitetur ꝓ abſolucōe ⁊ penitentia diſcrete conferendis inſtruatur Expedit nō nūꝗ circumſtātias de articulaci⁹ vel inquirē vel dicere·tum ad verecundam huiliacōnem confitentis·tum ad eius quietacōꝫ poſtmodū magis hūdam ꝙ oia dixeit·tum ꝙ circūſtancie multe quas eſſe nullas aut veniales arbitrabatur cōfitens pccā ſua moꝛtalia·tum demiqꝫ ex hoc ꝙ vna circūſtantia habita·cōfeſſoꝛ de alijs coniecturat quas ↄfitēs pudoꝛe preſſus celat· Cognito de ſtatu eius qui confitetur qnqꝫ nocet plurimū nimiū ſuper circūſtāciaꝝ ꝑticularitate interrogacō ꝑſertim in peccatis carnalibus·tum ne confitens verecundia motus qnqꝫ mentiaꝭ et pueri ⁊ puelle et hoc in hijs qui non eſſent nccīa dici·tum ne ſcandalizentur et inflāmēꝭ in noiacōe pccōrū prius cognitoꝛum·ꝓpterea diſcretio maxiā requiriꝭ et ſemper a gnalioꝛibus interrogacōibus ad ſpēaliores gradatim ⁊ ſenſim cōueniet inuocandaqꝫ manus eius quo obſtetricante educitur coluber toꝛtuoſus· Secretum ↄmiſſum fidei alterius celare eſt de iure naturali·hoc enim rōnabiliꝭ quilibꝫ ſibi vellet fieri et alter

ſocialis conuictus depiret multo amplius ſi
gillum ↄfeſſionis ſecretū eſſe debet a nullo ca
ſu ſigno aut verbo reſerandū. Confitens
debet regulariter in peccatoꝝ ſuoꝝ explicacōe
celare cōplices ſuos. niſi dum aliter confiteri
non poteſt ſicut in inceſtu cū mr̄e vel vnica
ſorore aut niſi ſic dicat et apud talem ꝙ reue
latio debeat prodeſſe non obeſſe eis qui dete
guntur. Quo caſu nō̄lominus magna cautela
requirit̄ apud confitentem a confeſſorem ne
zelo proficiendi indiſcreto fallant̄. Omnia
ad confeſſionem ptinēcia vt penitēcia iniūcta
a interrogationes facte a cetēa nō inducētia
ad malum ſūt de cōfeſſionis ſecreto ꝓpter qđ
peccant ſi nō excuſat eos ignorātia illi q̄ peni
tencias ſuas et ea q̄ ſacerdos eis dixit paſſim
dicunt et q̄ etiā ſup hoc inq̄rūt qm̄ talia p in
directum cauſant aliqñ irriſionez ſacerdotis
aut ↄfeſſi culpam. Qui ſeduxit alios ad pec
catum tenet̄ ꝓ poſſe eos poſtmođ ad viā veri
tatis reducē non min⁹ q̄p̄ de dāpno tpali illa
to. Sic de infamacōne a ſil̄ib⁹ et hoc deb; cōfeſ
ſoꝛ inducē ↄfitētem. Cōfeſſus nolēs pecc̄m
ſuum reuelari p ↄfeſſorē ſi petat̄ illud ex̄ ↄfeſſio
nem detegē neq; tñ adhuc ē tutū ↄfeſſori illđ
onus aſſumē ſi remediū poſſit alit̄ incōmodū
adhiberi. Nullus ſemel rite ſacramentalit̄

abſolutus ſuper vno crimīē. pōt niſi de ↄſenſu ſuo libere obligari ad amplius cōfitendū. Si ſit oppoſitum in q̄buſdꝫ regioibus aut caſib9 inſtitucōnis poſitiue quibus homo ſponte ſe ſubdit et hoc faciunt. Si cōfeſſor veriſiliter pſumatur ſollicitare aut ſollicitari ad peccata vtputa ad lubricitatem pſona hoc timēs debꝫ ab illo ſi ſit ſuus curatus petē licentiaꝫ alteri confitendi. qua nō obtenta pōt nlominꝰ altei cōfiteri ⁊ abſolui. De ſtatu eoꝝ qui confeſſi ſūt tucius eſt vt confeſſor nichil dicat neqꝫ ad vituperium ſicut cōſtat neqꝫ ad laudē ne inde confeſſi ſuperbiant ne ptēa ipſi ⁊ alij i ypocriſim ficte confitēdi dilabant. Judex cogē volēs ad reuelacōnem confeſſiōis pecāt et tenetur pſbr ſibi nō reſpondē aut dicere hoc non eſſe de foro ſuo. ꝙ ſi opponatꝰ qm̄ tacendo et non negando notare videtur ꝙ confeſſus ſit in culpa. Rn̄dendum eſt ꝙ ſacerdos aliter agē nō poteſt. Jdeo nullū ſcandalū ſuo vicio deputatur. Peccōri q̄uis non ſufficienti penitēti vt ꝙ ꝓpoſitū habꝫ actuale peccādi in futurū vtile eſt confiteri et abſtinentias certas recipe cui tamen confeſſor expreſſe iteꝝ et iterum ꝓteſtetur ꝙ neqꝫ abſoluitꝰ neqꝫ pōt neqꝫ peitentie tales aut talis confeſſio eundē liberant qn̄ iterum eadē pecā cōfiteri teneatꝰ. Micior

eſt opinio pro pctōribus dicens ſufficere ad abſolucōnis ſacramentalis fructuoſam ſuſce ptōnem q̄ cōfeſſus non habeat actuale ꝓpoſi tum peccandi hoc enim dicunt eſſe non ponē obicem. ſed alia ſententia q̄ requirit actuale ꝓpoſitum poſitiuum nō peccandi in futurū ꝓ babilior eſt atq; ſecurior. Virtute clauium a meriti xp̄i dantur in qualib; confeſſione ſa cramentali indulgentie ſed quante nouit de9 ſic etiam vt attritio minus ſufficiens fiat in confeſſione contritio. Soli actu confeſſi de peccatis ſuis capaces ſunt indulgentiarum ſuarum que dantur vere penitētibus et confeſſis niſi dicatur ſufficere eſſe in gratia et mēbris ecclie et ita ly confeſſis ibidem ſumitr̄ pro confeſſioē in ꝓpoſito vel in voto. Dies indulgētiarum referuntur ad penitētias ꝓ vita hac iniūctas ſic enim text9 ſonat videt̄ tn̄ q̄ iniūctio gnīa lis q̄ bene fieri ſolet vt oīa bō faciēda cedant in remiſſionem ꝓſit in hoc et ſufficiat vbi etiā penitentia papalis totidē dies q̄ ſonāt indul gentie neq̄ q̄ꝓ iniuoxiſſet. Indulgētias non ſcapit ille q̄ non porrigit man9 adiutrices iux ꝯtētum bullarum et ita diues melioris ꝯdicōnis eſt quo ad aliqua q̄ꝓ religioſus et mendicus

Claue ſacramentali non nōbiliter errante in impoſicōne penitentię cōfeſſus p illā pniaꝫ

ſi fecerit abſolutus eſt a pena et culpa virtu
te conpromiſſiōis cuiuſcū liberal᷑ et arbitērie
dei et pcc̄oꝝum in pſonā ſacerdotis. Tuci9 ē
cum pua penitētia que ſponte ſuſcipit᷑ et veri
ſimiliter adimplebit᷑ ducē cōfeſſos in purga
torium q̄ꝫ cū magna non implenda p̄cipitare
in infernum. Renuens penitentiam in hac
vita ſtulte facit·n̄lominus abſoluendus eſt
ſi hoc non ex infidelitate qua credit non eſſe
purgatorium aliud in hoc faciat. Sed ſ᷑ ꝓpter
tēritudinez corpis aut infirmitatem aut pau
pertatem vel aliud ſimile nulli inuito iniūgē
da eſt penitētia publica pro pecō ſecreto ſec9
de publico. Similiter nullus p caſtigationem
ſcandalizandus eſt publice pro pccō occulto
ſecus pro publico vbi ſi ſcandalizetur pccōr
ſcandalum illud n̄on imponenti ſed ſibi qui
meruit imputetur. diuiſio cōfeſſionis ſi ad
ypocriſim aut pro nimio pudore fiat impedit
veritatem abſolucōis ſecus vbi auctoritas ſu
perioris in caſibus reſeruatis et bona fides ſim
plicium hoc faciūt et excuſant·aut vbi ꝯfeſſor
forte p̄ſumeretur ſcandalizari ex pccō confeſſi
et non hēretur pro tūc cōfeſſor alius ſecretus
cui abſqꝫ probabili ſcandalo pccā oia reuelari
poſſet aliqua tamen poſſent. Videat tamen
quilibet q̄ꝫ rōnabilit᷑ ꝯſciaꝫ ſcādali ſibi fingit

Dum neſciat confitens de quibuſcꝫ actibus an fecerit illos aut q̄ intencōe ⁊ quomō fecerit vt ſepe ꝯtingit dicat ſub condicōne ſcrupulos ſuos vt ſic neq; mēciatur neqꝫ abſolucōne defraudetur. Curatus obligatꝰ ꝑrochiano ſemel in anno dare eucariſtie ſacramētū tenetꝛ ei dare ſi petat publice q̄ntūcūqꝫ ſciatꝛ nō penitere niſi cauſa refutacōis fuerit nota vtpote excōicatio publica vel pcc̄m notoriū de q̇bus non ſatiſfecit publice. Secꝰ p̄tea de ſacerdote in ſecreto vel qui non tenetꝛ miniſtrare vel pro tp̄e quo ad hoc nequaq̄ obligatur. Forma abſolutionis ab excōicacōne iſta eſt q̄ debet p̄mo fieri. Ego abſoluo te a ſentētia excōicationis et reſtituo te ſacramentis eccīe. In nomiē patris ⁊ fi. ⁊ ſpūs ſci. Deinde ſequitꝛ abſolucō ꝓ pccīs ſi in excōicacōe pcc̄m includetꝛ neccārio ꝯfitendum ſacramētaliꝛ. Ego abſoluo te a peccatis tuis In noīe p. ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. amē. Tuciuſqꝫ eſt in iſtis formis nl̄ immiſcē. Materia ſufficiens in ſacramēto ꝯfeſſiōis eſt hō̄ pccōr cōtritus de pccīs ſpōte ſubiciens ſe ſuo ſacerdoti q̄ ſubiectō non eſt ꝓprie iuriſdcōis. Alioqn̄ papa nulli ꝯfiteretur ſꝫ eſt volūtaīa q̄ pōt nlōminus impediri vel artaī p ſupiorē vt nō q̇libet pccōr cuilibet ſacerdoti poſſit ſe ſubicere pro pccō. Eps nō minꝰ hꝫ auctoritatē cōſtituendi

coadiutores confeſſores in ſua dyoceſi q' cu
ratus in ſua parrochia. Caueat tamē eps pē
bare eccīaſticā ierarchiam tollendo dirc̄e vel
indirecte poteſtatē curato⁊ abſq3 culpa eorū
vel cauſa manifeſta. Confeſſio ficta reite
rari ex integro deb3 ſcd̄m ꝓbabiliorez opioēz
q̄uis durior eſt q non habet effcm̄ ſuum poſt
mod ceſſante fictioē ſicut baptiſm9 et hoc q
penitentia reiterabil' eſt non ſic baptiſm9 cum
etiam q nulla ibi abſolucō ſacramētalis fuit
ſed pocius noui pcc̄i addicō. Non eſt fictio ſi
pccōr dicat omia quo⁊ actu recordatur q̄uis
non oim recordatur ſed eſt fictio dū ſcienter
celat aliquid aut in ꝓpoſito peccādi pſeuerat
aut ſcit et ſcire debet q a tali non pōt abſolui

Penitentia⁊ alia eſt recōciliians q̄lis fieri
nequit niſi i gracia. Alia eſt ſatiſfaciēs vel ex
ſoluens qualis fieri poteſt extra graciam ſic
q illius iteratio nccia non exiſtit p̄mo et talis
ſolucō reſpectu q̄rūdā penarū tpaliū debitarū
forte poneretur in inferno. Satiſfactionem
ꝓprie vt talis eſt opantur ſola opera penalia
que ſcilic3 voluntas naturalit refugit ⁊ hinc
penam habēt iuſte equidē vt pccm̄ volūtariū
inuoluntaria pena redimat. Per omia ſpū
alia qualia ſūt ɔtēplatio ⁊ amor dei poteſt fiei
ſatiſfactio. tum quia annexa eſt pro ſtatu iſto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fatigatio corpis tū quia contra ꝯpriaꝫ inclina
cōnem ꝯmodi intellectus ⁊ volūtas abnegat
ſe in obſequium fidei ⁊ caritatis. Vnū pro
altero poſſe ſatiſfacere concedit liberalitas dei
dum cauſa ſubeſt vel ex impotentia illius pro
quo fit ſatiſfactio vel de mandato ſuo et cari
tate ſatiſfacientis vel ſupioris auctoritate ta
liter ordināris. De mīmonio .c.xi.

Onſenſus mutuus expſſus p verba
de pñti quo tñſfertur pro ppetuo cor
pus viri in ptātem mulieris et ecoñ
⁊ in eis ꝓpinqua ꝯiunctio talis ordi
nata cauſat matmoniū. De Jure naturali ⁊
diuino limitatur conſenſus ad certas pſonas
cum certis circumſtantijs ⁊ quitꝙ aliter fuit
attemptatū poteſt illud inualidare ſuperior
auctoritas. Votum ſolempnizatum per ſuſ
cepcōnem ordinis vel religionis non magis
ex natura ſua videtur dirimere matmonium
iam contractum ꝙ ſimplex ſed hoc prouenit
ex eccleſie conſtituto maxime cū in illo diſpen
ſare poſſe papam probabilis ſit opinio.

Matrimonialis coniuctio vnius mulie
ris cum pluribus viris repugnat Juri natu
rali non econtra quoniam corpus viri plus
valet pro quanto plures fecundare ſufficit
et Jta olim pluribus licebat fungi vxoribus

Prima tñ in hoc ꝯſentiente cui corpus vir
iam cõceſſerat in ſuum ius. Nūc aūt ad ſtatū
primeue inſtitucõis reduxit xp̄s mr̄imoniū
vni⁹ cum vna. Votū ſimplex caſtitatis nõ
dirimit mr̄imonium iam cõtractum pccāt tñ
q̄ vouit dum p̄mo cõtrahēdi volūtatē habuit
voti contrariā nõ aūt poſtea dū reddit debitū
vt eſt concors ſentētia ſed negant peticõnem
debiti poſſe fieri ſine fractioē voti. cui⁹ oppoſi
tum ex eo videtur verū. quia votū nõ cadebat
dirēe niſi ſup hoc. ꝙ eſt nunꝙ̄ ꝯtrahere. ⁊ non
ſup hoc ꝙ eſt nunꝙ̄ ꝯmiſceri carnaliter alteri
Alioquin dum nūc ꝯmiſcet̄ etiam reddendo
debitum reus efficitur voti fracti. Alioqñ p̄te
rea eēt ſors talis ꝯiugij nimis dura. Re
ligioſus profeſſus aut ſacerdos vtentes co
pula carnali preter mr̄imoniū et ſi grauiſſiē
tranſgrediuntur mandatū dei non tñ videtur
voti fractores. Votum quippe eſt ſolū ꝓprie
de re alias licita qualis nõ erit ex̄ mr̄imonial
cõiunctio. Iſta ꝯcluſio licet apud ſimpliciores
videatur extrema tamē apud intelligentes
quid nomis voti eſt clara. Votum quippe ſo
lum fit de opibus ſuperogacõis ad q̄ q̄s ali
as non tenebatur. Sic religioſus ꝓprie loquē
do vouet ꝙ nūꝙ̄ vxorabit̄ qđ antea licebat
illi. Nullus autē ꝓprie dicit̄ vouere ꝙ nunꝙ̄

fornicabiť aũt adulterabitur quia ex p̄ceṗto
ad hociam omĩs homo obligatur. Vir
et vxor nequeunt abſq; mutuo cõſenſu vouē
caſtitatem ymmo nec virtute vouēt ſe nunq̃
petiturum debitũ ab vxore cum ꝑpter verecun
diam petendi ip̄a in deterius labi poſſit. Spõ
ſalia derimuntur vel mutuo conſenſu cũ aucto
ritate ſuperioris vel ſi altera perſona interim
fornicata fuerit vel p votum ſolepnizatũ per
quod mr̄imonium eſſe contractũ non tamen
carnaliter conſummatum poſſet infra duos
menſes ſolui. Contrahens ficte in foro ecc̄ie
quandocumq; carnalis copula ſubſequatur
eadem fictione remanente non coniungitur
matrimonialiter conpelletur tamen ab ecc̄ia in
foro exteriori tanq̃ ſi verum fuiſſet matrimo
nium habeatur. Secus in interiori cuius eſt
conſilium vt potius omēs ſententias ecclesie
tolleret q̃ peccato conſentiat. Poteſt tamen
nouo conſenſu adhibito fictum matrimoniũ
ſi nil aliud obſtiterit in verum commutare.
Perſona inducta per metum cadentem
in conſtantem virum ad conſenciendum in
terius in prolatione verborum matrimoniali
um. vt quia non vult mentiri. Poteſt poſt
modum matrimonium dirimi tanq̃ nullum
ſed de seductione per blandicias non ita

Impedimentũ perpetuũ i altro ꝯiugiũ ꝑ qꝺ neq̃unt ſe mutuo carnalit̾ cognoſcẽ impedit matrimoniũ iam ꝯtractũ. Nulllus cõiugiũ tenetur reddẽ debitũ in detmentum notabile a certum ſui corpis vel fetus naſcituri et ſcꝺm hoc cognoſcitur qñ leproſis vel pregnãtibus aut menſtruatis aut furioſis aut ypidimia tis et ſimilibꝫ caſibꝰ ẽddi ł nõ debitũ oportea t
Tempꝰ a locꝰ ſacer nõ videtur excuſaẽ qñ alt̾ ꝯiugiũ teneat̃ alteri petẽti reddere. Petẽs tñ q̃dã amicabili moicõe de nõ exigẽdo exhortetur ſeu inducat̃.

De extreã vnctõe. c. xij.

Xtrema vnctio habet materiaꝫ et formam in libris ſuis exp̃ſſam et obligat non cõtempnẽ dum finis vite ſecundũ probabiles ꝯiecturas ꝑ infirmitatẽ exſpectat̃ que pretẽa reiterari poteſt ſimili cauſa rurſus veniente. Extrema vnctõ rite ſuſcepta delꝫ venialia ymmo videt̃ ꝙ abſoluit ab oĩ culpa cõiuncta peticõe ẽcipiẽtis ꝙ ab oĩ peã libẽtur tũ virtute ſacramẽti tũ q̃ petit pie ꝑſeueãnter ꝓ ſe a iuſte.

De ſacr̃mẽto ordinis. c. xiij.

Rdinis ſacramentum plures formas habet pluresq̃ꝫ mateias ỹmo et ſacerdotium duabꝰ formis cõplet̃ vna qua datur ſibi ptãs ſup corpus xp̃i verum. Altera q̃ datur ſup miſticũ. qꝺ ſi fuit defectꝰ ł dubiũ

in aliquo pōt illud ſub cōditionē caute ſupplci

De poteſtate pape.c.xiiij.

Lenitudo iuriſdictōis reſidet apud papam ⁊ in alios ſecundum eius determinacōꝫ diriuatur. Attēdē tn̄ debꝫ ſibi eē illā ptātem non in deſtructioēꝫ eccie datā ſed eius edificacōnem. Si papa diceret dn̄s oim in ſpūalibus qđ conſtat et in tpalibus qđ alij negant. nlominus dotacō eccie i iuriſdictōibꝫ et dn̄ijs ꝓprietarijs tpalibus ⁊ exerciciū in illis neqꝫ eſſe de iure naturali neqꝫ eidem repugnare videntur. Nam criſtꝰ neqꝫ exercuit talia dn̄ia neqꝫ p expreſſum ſucceſſoribꝰ ꝓhibuit ſed reliquit poteſtatē eorū diſcretiōi p varietate tpis et deuotione xpianorū ſic vel ſic exercendi. Papa non pōt puertē ordinē yerachicum. vniuerſalis eccie ſic qn̄ in multis caſibus licēt eidem reſiſtē in facie et dicere cur ita facis vtpote in exempcōnibus manifeſte nociuis. Et ſi prelatos et eccias ſibi ſubditas onorare ſumptibus intollerabilibꝰ vel libertatibus penitus ſpoliare contendere.

Expliciunt concluſiones de diuerſis materijs moralibus vtiles valde poſite per mgr̄m Johēm gerſon doctorē theologie eximiū ac cācel. eccie btē marie pariſien̄.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf